



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

26 Feburarij. 4 Cal. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

S. BERNARDUS, Tr. de vita solit.

Unio nostræ Voluntatis cū Deo, ex homine Deum facit. *Unitas spiritus cum Deo, hominis, cor sursum habentis, proficientis in Deum Voluntatis est perfectio: cum jam non solum vult, quæ Deus vult; sed etiam non possit velle, nisi quæ Deus vult. Velle autem, quæ Deus vult: hoc jam est esse, quod Deus est: cui jam velle, & esse, id ipsum est.... Sic modo ineffabili, inexcogitabiliq; fieri meretur homo Dei, non Deus; sed tamen quod Deus est ex natura, homo per gratiam.*

(☉)(☉)(☉)(☉)S(☉)(☉)(☉)

26 Februarij. 4 Cal. Mart.

Cover- **B** ANDREA, Clarævallis mona-
sus año che: qui cum adhuc Ecclesiæ Vir-
 1154. dunensis Archidiaconus, sanctum
Preci Clarævallis cœtum inviseres, te illo-
piarum rum precibus commendasti. Quarum
effica- vim adeò celeriter persensisti: ut statim
cia. mutatus in alium, humiliter in eorum-
 dem consortium adscribi petieris. Ob-
 tentum verò religionis habitum cum
 tibi, sæculi teneritatibus affucto, supra
 mo-

modum deprehenderes gravem: jam-
 já inque perseverandi animum despon-
 deres; hortatu B. Roberti Abbatis tri-
 duo retentus, apposita ad mensam pi- *In cibo*
 sa, quæ nunquam sine nausea sumere *vale ē*
 valebas, cœlesti sapore condita inve- *saporē*
 nisti. Quo prodigio confirmatus, ala- *genti.*
 criter cœptum perfectionis iter profe-
 cutus es. Eandem tibi dulcedinem
 exinde spirabant cruciatus spontanei,
 quibus carnem spiritui subigebas: sed
 multo magis oratio; à qua, tanquam
 à summis delicijs, ægerimè avelleba-
 ris. Quin denique non aliter, quàm o-
 rantem mors ad æternas delicias trans-
 misit. *Consperge jejuniâ meâ gustu spiri-*
tualis dulcedinis. Doce me magis esse soli-
citum de ciborum delectu ad impinguan-
dam animam, quàm ad corporis saginam.
Quo spero futurum, ut tandem admittar
ad cœnam magnam mensæ divinæ, in qua
tu modò sine saevitate letaris.

Cura
de cibo
animæ.

Floruit
circa
annum
1200.

B. THEODERICE, in Novo Ca-
 stro eximie sanctitatis monache: qui
 vocantem DEUM prompto animo
 secutus, ac vocationi tuæ per egregia
 pietatis opera respondens, post mor-
 tem Gunthero, amico tuo, adeptæ in
 cœlo gloriæ splendorem ostendisti.
Fac, ut vocem Dei, maximè ad amorem sui
me tam suaviter invitantis non auribus

Obedi- *surdus audiam, sed promptè sequar. Super-*
entia. *rioribus deinde meis, velut vocis divine*
vicem agentibus, humiliter & sincerè obe-
diam: atque ita merear in hora mortis vo-
cari à Deo ad præmia obedientibus pro-
missa.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Circumc.

Qualis *Si tibi in ipsa obedientiæ via, aliqua*
debeat *fortassis dura & aspera occurrere pos-*
esse O- *sunt, accipias interdum præcepta non-*
bedien- *nulla; quæ, licet salubria sint, minùs*
tia. *tamen suavia videantur. Hæc si mo-*
lestè incipias sustinere, si dijudicare
Prælatum, si murmurare in corde: e-
tiam si exteriùs impleas, quod jubetur:
non est hæc virtus Obedientiæ, sed ve-
lamentum malitiæ.

(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)

27 Februarij. 3 Cal. Mart.

Floruit
anno
8192. **B.** EMMANUEL, monasterij ad S.
 BERNARDUM in Frisia mona-
 che: qui adhuc juvenis in mundo fa-
 mâ sanctitatis clarebas: quam suscepto
 Cisterciensi habitu, multo effecisti cla-
 riorem: præsertim quando miracula
 cum